



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Ioannis Cohlæi De Actis Et Scriptis Martini
Lvtheri Saxonis**

Cochlaeus, Johannes

Parisiis, 1565

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini M. D. XLI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29789

Acta & scripta Luthe-

ri, Anno Domini.

M. D. XLI.

Æsar tempestue Ratisponam *Convenitus*
venit, & longa expectatione ibi *Imperialis*
permansit, donec alij aduenirēt
Principes & Status Imperij. Ad
uenit quoque è Roma Cardina-
lis Legatus de Latere: vir Opt. &
Dochil. Gaspar Contarenus, die XLI. Martij.
Aduenerunt etiam Lutherani Principes & Sta-
tus cum suis Concionatoribus, qui in domi-
bus prophanis ad populum concionabātur, &
à Catholicorum sacris, ieuniisque & ritibus,
profus alieni erant, & venationibus operam
dabant etiam in sacratissimis diebus hebdoma-
dæ sanctæ, atque adeo in ipso quoque die Pa-
scueus.

Conscriptus autem fuit liber quidam à non-
nullis, quibus & Bucerus fraudulenta simula-
tione fese admisicuit, isque traditus fuit Cæsa-
ri, tanquam pacis & concordiæ conciliator cō-
modissimus. Constituti sunt itaque noui rursus
ex viaque parte Collocutores, qui super eo li-
bro amice disceptarent, & omnia ad desidera-
tam adaptarent in fide & religione cōcordiam.
Ex parte sane Catholicorum constituit Cæsat
Tres, D. Iulium Pflug, D. Ioan. Gropperum, &
Na

*Nouum Collu
quiis super li-
bro quod ave*

D. Ioan. Eckium, Theologum exercitissimum.
 Tres item ex parte Lutheranorum constitutū
 sunt, Philippus Melanchtō, Martinus Bucerus,
 & Io. Pistorius. Additi quoque sunt vtrinque
 Auditores, & Duo Præsidentes, Illustriss. Dux
 Bauariæ, & Comes Palatinus Rheni Frederi-
 cus, & Illustris Dominus de Granuella. Hi
 ergo ultra mensis spaciū considerando, librum
 discutiebant, ac omnibus interim aliis Imperii
 negotiis posthabitis & susensis, in quib[us] tandem
 libri illius articulis concordarunt. D.
 Eckius febre correptus, toti Colloquio inter-
 esse non potuit: Ideo Duo tantum ex Catho-
 licis cum aliis tribus aliquandiu discepserunt.
 Finito autem Colloquio, Cæsari reddiderunt
 librum, non in ea forma, qua eum acceperant.
 Sed in alia, quam cōcordiæ magis propinquam
 existimabant. Cæsar autem eum librum expen-
 dendum tradidit, non solum Legato Apostoli-
 co, Principibusque & Statibus Catholicis, sed
 etiam Protestatibus. At nihil effectum est: Neu-
 tra enim pars eum librum per omnia compre-
 bavit. Catholici certe multas aduersus cuntra-
 tiones, cur approbare aut recipere non possent,
 adduxerunt: Legatus quoque Sedi Apostolice
 totam causam committendam, & absque illius
 auctoritate nihil definiendum esse censuit. Lu-
 therani autem Concionatores, I X. adiecerant
Lu therano- scripta, signata per literas A. B. C. &c. quibus
rum intrica- varia ambage potius quam declaratione, am-
tiones & am- bages. *culos libri concordatos in Colloquio, magis*
ambiguos reddebāt. Vuitenbergenses quoq;

pulo post circa ea scripta alias rursus declaraciones superaddiderūt, ita intricatas, variisque & interpretationibus inuolutas, ut lector non possit videre, quid in iis firmū per omnia libete velint. Ipsi autē Principes ac Status Lutherani, in suo ad Cæsarē de libro illo responso, neq; librum, neq; conciliatos articulos, per omnia comprobabant: sed ad suam Confessionem Augustanam, eiūsq; Apologiam, alligabāt fidem suam. Intelligimus (inquiunt) in libro quoddā articulos iudicio Collocutorum videri conciliatos, quo sdam vero reprahensos. Diligerenter expendimus eos, qui dicuntur concilia-
ti. Quales sunt, De libertate voluntatis humanae, De peccato originis, De iustificatione, De disciplina, &c aliis quibusdam: et si quædam ad hoc opus habet longiori explicatione, ne brevitas aut ambiguitas pariat noua certamina. Nā nos quidem articulos illos sic intelligimus, vt res ex dem in nostra Confessione & Apologia tradūtur. Reliquæ (inquiunt) sunt cōtrouersie in libro nondū dirēptæ, de quibus nostri exhibuerunt articulos: Qui cum sint veri, & modērissime scripti, speramus, eos etiā alteri partis satisfactores esse. Et infra, ideo iudicamus (inquiunt) articulos exhibitos à Collocutotibus delectis ex parte nostra, & moderate scriptos, & veros esse, nec ab eis discēdimus: At rogamus, vt Cæsarea Maiestas vestra, hanc nostram responsionem boni cōsulat. Primū enim, cum degloria Dei & luce Euangelij agatur, nō sunt

Nn ij

*Responsū
Protestatiū
de libro.*

confirmandi vitiosi cultus, aut opiniones, qua
inducunt tenebras Euangeli. Quanti abulus
confirmantur, recepta opinione libri de inno-
catione sanctorum, & aliis cultibus, sine verbo
Dei institutis. Item. Quale vinculum inuicere-
tur Ecclesiæ, si fateremur, prorsus nullū lapsum
generalium Synodorum repræhendi posse. Ita
Ac ne cui dubium sit, quod doctrinæ genus in
vniuersum in Ecclesiis nostris tradatur, iterum
testamur, Nos amplecti Confessionem Aug-
stæ exhibitam. Cælarex Maiest. vestræ, & Apo-
logiam quæ addita est: Nec dubitamus, hanc do-
ctrinam vere esse consensum Catholice Eccle-
siæ Christi. Hæc Lutherani Principes & Starg.
Querela con-
cionatorum
cōtra Legati

Concionatores autem eorum, etiam in Ca-
dinali Contarenum scripto quodam inuecti-
sunt. Lædimur (inquiunt) ab eo iniquo priu-
cio, cum quidem videat nos nihil absurditer fe-
tire, nihil profiteri, quod pugnet cum sanis iu-
diciis piorum & doctorum in Ecclesia Christi,
immo locos aliquos doctrinæ Christianæ in
nostris Ecclesiis pie & utiliter illustratos esse.
Et tamen addidit censuram, in qua ait, nos à co-
muni consensu Catholice Ecclesiæ dissentire.
Iuber etiam in altera pagella Episcopos aduigi-
late, vt genus doctrinæ, quod profitemur, de-
leant. Hæc illi... Cochlaeus autem, qui priu-
tim ibi agebat, priuatis quibusdam scriptis re-
præhendebat, tum illorum IX. scripta, quæ li-
bro adiecerant, & articulum de justificatione:
tum duplices propositiones, quæ è Vuitender

ones, que
ni abusus
i de inno-
sine verbo
i initere
llū lapsum
posse. h̄tā
e genus in
ur, iterum
m Augu-
e, & Apo-
s, hanc do-
licæ Eccle-
& Status,
am in Ca-
m inuech-
o praudi-
rudi sen-
sanis ju-
a Chrifti,
stianæ in
atos elle-
nos à co-
iffeniente
s adwigi-
ur, de-
ui priva-
riptis re-
, quæ li-
cationes
ittenber-
ga

transmissæ, illic circumferebantur, nempe
de peccato Originali, &c. 21. de fide iustifican-
ti. Perditis tandem frustatot pro concordia
iudicis, laboribusque & impensis, summa cum
temporis iactura: Cæsar, dato Recessu Imperia-
liscedens in fine mensis Iulij, per Italiā pro-
fectus, pulcherrima instructa classe, contra Al-
gum expeditionē fecit, transfretans in Aphi-
cum mense Octobri, vbi graue passus est nau-
fragium. Meliora enim nauigandi tempora per-
siderat Ratisponæ per infructuosum illud Col-
loquium: Quod ipse quidem optima intentio-
& syncerissima mente instituit, sed aduersa-
nij dolis omnia peruertere satagunt.

*Acta & scripta Luthe-
ri, Anno Domini
M.D.XLI.*

Hoc anno bini sunt celebrati per Re- *Duo Cœntus*
gem Rom. absente Cæsare, Conuen- *Imperiales.*
tus Imperiales. Vnus Spiræ, cuius Re-
cessus datus est X I. die Aprilis: Alter Nuren-
bergæ, cuius Recessus datus est XX VI. die
Augusti. In vitroque autem præcipue tractatum
est de expeditione contra Turcas, quæ hoc an-
no facta est in Austria. Ad quam sane constitu-
tus fuit supremus Christiani Exercitus capita-
neus, Illustriſ. Princeps Elector Ioachim, Mar-
chio Brandenburgensis, Generali per totum Im-
Nn iij